



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 17. Pontificis mandata Sanctacrucio in Germaniam ablegato a Pontifice  
data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

dignitatem deprimaret. Verum hoc Sæcul. XVI.  
consilium tam religioso celabatur silen- A.C. 1548.  
tio, ut nunquam in lucem prodierit.

## §. XVII.

*Pontificis mandata Sanctacrucio in  
Germaniam alegato a Pontifice  
data.*

**I**d unice de hac Sanctacrucii Legatio- *Pallav. l. et*  
ne constat, eidem in mandatis fuisse  
datum, ut Bohemos hæreticos Ecclesiæ  
reconciliare studeret, ageretque cum  
Cæsare de responsis ab Ardinghelo de-  
latis, ac denique Bononiam pertran-  
siens non modo mandata sibi data Le-  
gatis aperiret, sed etiam eorum consilia  
sequeretur, sique ipsis ita visum fuerit,  
hæc ipsa mandata emendaret, quod i-  
ta plane accidit; etenim Legati plures  
immutarunt articulos, qui de Synodo  
transferenda, eaque Bononiæ profe-  
quenda, necnon de Legatione a Cæsa-  
re petita, atque a Pontifice promissa  
agebant. Cum vero Madruccius Car-  
dinalis hanc legationem sibi deferri cu-  
peret, eoquod, ut obtendebat ipse, Cæ-  
sari, & Germanis magis acceptus, ac  
potens Imperii, ejusdemque Nationis  
Princeps esset, hinc Nuntio datum erat  
negotium, ut Cardinalem hac spe lacta-  
ret, eidem insinuando, eum a Papa in

L 13 Lega-

Sæc<sup>l</sup>. XVI. Legatum nominari posse, quam pri-  
A.C. 1548 mum Germaniæ res prosperum exi-  
 tum pollicerentur, in præsenti autem  
 rerum vicissitudine Pontificem, quo mi-  
 nus ipsum ablegaret, absterreri, ac pro-  
 hiberi ab increbrescente fama, quod is  
 a Cæsare Legatus in Hispaniam de-  
 cerneretur, ut Caroli V. filiam in Ger-  
 maniam deduceret, unacum Archidu-  
 ce Maximiliano Romanorum Regis Fi-  
 lio natu majori, cui illa desponsata erat.  
 Hac igitur ratione Pontifex importuna-  
 tus Cardinalis preces declinabat.

## §. XVIII.

*Cæsar is propositum de promulganda  
 fidei norma usque ad Synodi de-  
 finitionem servanda.*

Pallav. l. 10. Attamen Sanctacrucius in Germaniam  
l. 17. num. I. delatus propositionibus Cæsari ex-  
 Sleid. comm. ponendis aditum jamjam occlusum sen-  
l. 10. p. 715. ferat, cum a Carolo libellum quem-  
 Maimb. hist. du Luther. dam, quo præcipua fidei dogmata hu-  
l. 5. cusque controversa explicabantur, pro-  
 mulgatum perciperet, postquam enim  
 Imperator a Cardinale Tridentino in-  
 tellexerat, quod Papa haud ultra Sy-  
 nodum extra suæ ditionis fines celebra-  
 ri vellet, seque ad id proprii honoris  
 ratione, ac Sedis Apostolicæ incremen-  
 to